Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et quemadmodum facile recipit omnia flumina, contra vero flumina mare recipere non possunt, ita Imperator omnia habet quae Inferiores habent, licet non semper id ita fiat, sed inferiores non semper sunt capaces eorum quae Imperator sibi reservavit, veluti est Iuris dictio inter immediatos. e' super bonis quae scilicet immediate subsunt, Unde fit ut etiam large accipiamus verbum ofne neutrale hoc Ori, secus in contrario, aliquid auferremus superiori aliquid, & daremus inferiori, quod ille nullatenus competit, quia pars inferioris non potest ad se trahere partem superioris, nec currus trahit equos, et ita videtur D. Geil. observ: 7. num: 3. De pign: intellig: vt Concilie, tur cum ijs quae alibi ponit, -/.

Nec obstat quod tertia ratio, quia dari non potest casus in quo arrestum quis imponit vbi Iuris dictionem non habet, Ergo respectu arresta ti semper arrestationes fiunt in alienis territo rijs, si in proprio quis territorio arrestetur, tunc proprie non est arrestum sed mera est tur batio. Nec vera est Regula. Bona vt plurimum vna cum personis immediate Imperio subesse, quia parva saepe numero bona status habent ab Imperio, Immo plurima sub alienis territorijs, -/.

Quarta quod ratio non obstat, quia fallacia est,

546